
IOANNIS DESPAVTERII.



DE GENERIBVS NOMINVM.

Regulæ generales de significatione.

OMne uiro soli quod conuenit esto uirile:
Omne uiri specie pictum, uir dicitur esse.
Esto fœmineum recipit quod fœmina tantum:
Fæmina dicatur, facie pictum muliebri.
Quicquid utriq; datur, cõmune locatur: ut exul.
Vm neutrum pones: Hominum si propria tolles.
Adiectiua trium generum, communia sunto.
Esto genus uarium, fuerit nisi terminus idem.
Mobile pro fixo (tacitum si subsit) habetur:
Quòd si non tacitum subsit, neutri generis sit.
Masculeum fluuij nomen decet usq; reponi.
Cõmunis proprio quandoq; genus lego iũctum.
Insula, & urbs, regio capit hæc: Neutrum genus optant
Zeuma, Reate, Argos, Præneste, & Tybur, & Ispal.
Cære, Nepet: Neutrum uel masculeum dabit Anxur.
Hoc Cim vult: Hic aut hæc donat Lesbos, Abydos
Hic Sulmo, hic Acragas: Pluralia in i, maribus do.
A plurale, genus neutrum sibi poscit ubique.
Arboris est nomen muliebre: Dat hic oleaster,

Vt spinus: platano, acer, & thus robur, habet hoc.
Arbor vixq. siler: dabit hic aut hoc tibi suber.
Hic aut hæc libanus, pinus, rubus, atq. cupressus.
Ex se nullius generis, pro nomine sumptum,
Est neutrum; ceu littera, uox quoq. materialis.

Epicœnum genus.

Nomina, quæ uolucres signant, piscesq., ferasq.;
Si non discernant sexum dicas epicœna.
Græca suo generi seruari & barbara possunt.

Regulæ speciales. De terminatione.


A Hæc dat a. Do. neutris cũ pascа, mãmõna, mãna:
Hadria masculeũ datur, atq. cometa, planeta.
Hic aut hæc talpæ cum panthera dato damæ.
Sit neutri generis per a, quicquid tertia flectit.
E Hoc dat e: Fœmineo generi do græcula primæ.
I & O I, neutrum pono. Finita per o, maribus do:
Pondo loca neutrum. Verbale io, cũ caro vult hæc
Talio iungatur, posuit quod Valla virile:
Iungito fœmineis do, go: Sed mascula sunto
Ordo, udo harpago, cudo, ligo Sed dubitabis.
Margo, Cupido: quibus iũgunt cũ cardine bubo.
VCDLTV, c, neutra loco d, uel l t: Sed hæc dabit halec
Aut hoc: Sol, mũgil dãt hic, ut sal, quod & hoc vult
AN, IN, An, in, on, maribus dantur: Sint neutra secundæ:
ON, Hic aut hæc python: Syndon muliebris, & icon.
EN En neutrum pono: Mas est cum pectine, lichen,
Et ren, siue rien, atagen, splen, iunge lienem.
AR Ar petit hoc: Sed lucar auis cũ baccare uult hæc:
Nunc iubar hoc tãtũ poscit, iubar hic dedit olim.

Er petit hic: Terræ hoc fœtus (cucumer nisi) po- ER
Vber, iter, uber, cancer, ternæ atq; cadauer, (scit.
Ver, spinter, tuber: Dabit hic aut hæc tibi lynter.
Ir iunges maribus: neutri generis tamen est hir. IR
Hic, dat or: Hæc arbor: Cor, ardorq; hoc, marmor OR
& æquor.
Hoc dat ur: Hic furfur capiet cum vulture turtur. VR
As petit hæc: Neutrum est uas uasis, fasq;, nefasq;, AS
Atque ceras: Vult as hic assis, ut omnia primæ
Nomina: queis addes adamas, elephas, acragasq.
Es fit fœmineum: Tudes hic vult poples & ames, ES
Pes, aries, paries, palmes, cum limite stirpes,
Et formes, trames, termes, cum gurgite cespes,
Et uerres, merges: quibus addito Græca, diesq.
Tempore pro certo, cum prole: dat hæc ἔτα raro:
Hipomanes neutrū dabimus uelut æs, cacoethes
Miles, eques, cocles, generis communis & hospes,
Indiges, antistes, uates, interpres, & hæres,
Et pedes. Ast hic aut hæc fixum suscipit ales.
Is dabo fœmineis: Sunt mascula piscis, & axis, IS
Glis, callis, uermis, fotularis, acynacis, orbis,
Et cenchris uectis, postis, cum sanguine fascis,
Et fustis, mensis, collis, caulis quoq. follis,
Et cassis, torris: quibus addes pollis, & ensis.
Sic delphis, cucumis, uomis compostaq. ab asse,
In nis finitum, lapis, unguis, aqualis, aprilis:
Hic aut hæc finis, clunis, cum corbe canalis,
Anguis, & alcyonis, torquis, puluis, cinis amnis,
Os marib. detur: Sint neutra chaos, melos, os, os, OS

Atq. epos: Hæc arbos dices, cui iungito cos, dos,
Cum multis Græcis: per us hæc uertēre Latini.
VS Vs mas nō ternæ: quod ternæ est, dicito neutrū;
Fœmineum domus est,& uānus, humus, colus, aluus,
Et tribus, atq. manus, seu porticus, ac acus, idus:
Dat pecus hæc, pecudis, subscusq., palusq., salusq.
Quæq; senex, iuuenis, cū seruio nomina donant,
Et uirtus, incus. At mascula sunt lepus, & mus:
Et quæ pus donat, ueluti chytrapus, uolo iungi.
Carbasus hic aut hæc, grossus dāt grus, atomusq.,
Lecythus, atque pharus, penus, & specus,& paradysus:
Sic aluus quondam, iunge intybus atq. phaselus,
Pāpinus, atq. arcuus, pro fructu ficus: at hic uult
Pro morbo: nunquam declinat quarta uirile:
Hoc specus, atq. penus dices, dum tertia flectit:
Hic aut hoc uulgus. Solum hoc uirus, pelagusq.:
S, post consonantem. Foemineū est laus, fraus, uelut, s, cui consona iuncta est:
Mascula sunt pons, fons, mons, sæps dum denotat anguem,
Et cum dente chalybs, assis cui iungito partes,
Et polysyllaba in s, dum p, præponitur illis:
Hic aut hæc forceps,& adeps, frons, cum scrobe, serpens.
Atq; rudens & stirps, dum truncum significabit.
Hæc petit x. Polysyllaba in ax & in ex, marib. do:
Dic tamē hæc fornax, similax, carex, uelut halex,

Addatur uibex, cum forfex atque suppellex:
Mascula sunt fornix, phenix cum mastice, uarix,
Et bōbix, spadix, & oryx, quodq. uncia præbet,
Grex, & Eryx, sandix, uoluox, calyxq. calixque:
Hic aut hæc cortex, & onyx cū prole, silex, linx;
Imbrex, calx, ramex, pumex, obicem uolo iungi,
Atq. culex, natrix. Sunt qui limax quoq. iungāt.

DE HETEROCLITIS.



ANOMALA, SIVE HETEROCLITA, & primum

IN SINGVLARI MASCVLINA, *in plurali neutra*.

MAscula sunt primo numero, sed neutra secundo,
Dindymus, infernus, locus, Ismarus, & ioca, cetus,
Mænala, Taygetus, ceu tartara, Massica, Auernus,
Sibila, Pangeus ceu Tænara, carbasa. Dant hi
Quædam plurali, uerum loca non damus arti.

In singulari fœminina; In plurali neutra.

Hæc prius, hæc post dant tibi pergamus, atque suppellex.

In singulari neutra, & in plurali masculina.

Mascula plurali numero sunt, neutra priore,
Elysium, cœlum, quibus aptè iungitur Argos.
Plurali numero sunt mascula, neutráue frænum,
Et filum, claustrum, rastrum, coniuge capistrum.
Est primo numero neutrũ plus; omne secundo.

In singulari neutra, & in plurali fœminina.

Dic epulas, & delicias, numerus prior, um, dat.
Balnea dic uel eas, tãtum prior, um, numerus dat.
Nũdinũ apud ueteres; nunc usus nũdinæ habebit.

Obliqui heterocliti.

Anormes seruant obliquos nomina quædam,
Iuppiter est testis, cum multis ante retectis.

Vas, iugerum, domus.

Vas uasis ternæ; pluraliter esto secundæ.
Plurali tantùm numero sit iugera ternæ;
Attamen effertur cum iugere iugeris apte.
Partim sit quartæ, partim domus esto secundæ.

DEFECTIVA, ET PRIMVM

Aptota, id est, indeclinabilia.

Nomen in u, nullum numero uariabo priore.
Nusquam nomen in i, numerosque, notasque re flecto.
Hinc, duo, tres, unus, uolumus cum, milia, demi;
Et quæ dat centum, testem tibi pono, ducenti.

Barbara multa, id est, nec græca nec latina.

Barbara multa manent non flexa: quibus dato cæpe.
Pondo, pedum, nequam, nugas, hir, fasque ne-

fasque,

Nil, nihil, instar, ador, tot, quot, cum prole utriusque:

Adde necesse datis, frit, prestoq; plurima iungũt

Indocti: ut Rhemis, tu Rhemi flectere debes.

Nominatiuo singulari carentia, cum paucis alijs.

Vix retinet rectum frondis, consœmine, frugis,

Cum ditione, dapis, precis & necis, & uicis, atq;

Remigis addis opem: nisi diuam significaris:

Verberis adijcito: primoris Seruius addit,

Aleo dat rectos, ut ganeo; iungitur expes;

Ganeo uult etiam quartum Satias dabit, ate.

Non later, aut uiscus, cum doctis ferre uerebor.

Nex, remex, & daps parce utẽs pulcra putabo.

Vocatiuo carentia.

Quærens, distribuens, infinitumq; negansq;

Et referens, uocitante carent: pronomẽ & omne,

Quatuor exceptis, noster, nostras, meus, & tu.

Soli ablatiui.

Est ablatiuus nonnullis solus in usu.

Obijce sponte, diu, noctu, natu, impete, iussu,

Astu, cum promptu, permissu, flamine iunge:

Impetis & spontis, flamenq; leges aliquando.

Quibus desunt genitiuus, datiuus, & ablatiuus plurales.

Plurali numero, cum sexto, tertius absit,

Et patrius quintæ, Res atque dies capis inde.

Talia sunt ius, thus, æs, os, far, defruta, morum.

Hordea, mulsa, forũ uinũ, mare: iungito rus, mel,
Oribus, & uinis, & plura legendo notabis.

Reliqua certis casibus carentia.

Cætera masculei rectum remoueto priorem.
Dic fors forte, luesq; luem: macti dato macte.
Tantundem solum tantidem debet habere.
Cum primo quartum quintumque specus petit; & plus
Pluris, & à pluri neutrum, plurale fit omne.
Suppetiæ, inficiæ dant quartum: dica dat as, am.
Deque ueru ueruum tollunt: grates dato fratres,
Gratis, grate leges repetundarum repetundis.
Vis, uis, uim, ui dat; quondam has uis, nunc fero uires.
Ausim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Plurali numero carentia.

Propria plurali (nisi sint pluralia tantum)
Cuncta carent, cum mensuratis; herba frutexq;
(De specie loquimur) tamen hæc quandoque leguntur
Plurali numero, partes ubi significamus:
Sicut, uina, fabæ: Plurale tenent quoque raro
Abstractũ, & nomen quintæ, nomenq; elementi.

Raro pluralia.

Masculi. Vix plurale tenent limus, cum sanguine, fumus,
Et fimus, & mundus, muscus, cũ nemine, pontus,
Captorum carcer, sopor, & puluis, penus, uncus,
Cestus, ceu cultus pro auro, ros & genuinus.
Fœmini. Gloria, fama, lues, pix, galla, fames, fuga, uita,

Culpa,ſtrues,pax,gaza,ſalus, cũq; indole,arena,
Mors tuſſis,proles,tabes, labes ſobolesq́; ,
Talio,cum cholera,ſitis atque humus,& pituita,
Lux,plebs,iungantur pubes,contagio bilis.
Hir,cœnũ,fel,pus,uer,nectar,ador,nihil,hepar, *Neutra.*
Nil,iubar,& nihilum,gluten,uulgus,pelagusq́; ,
Aeuũ,ſal,barathrũ,cum manna, mãmona, paſca,
Iuſtitium,fœnum,uirus,cum mane,neceſſum,
Atque neceſſe,ſalum,ſolium,fas,inſtar, & halec,
Adde nefas,letũ,uitrũ,uiſcum, atque macellum,
Et nitrum,ſpicum,ſignumq́; , geluq́; , ſolumq́; ,
Atq; lutum.Sunt his qui longe plura notarunt:
Si bene diſcutias doctorum ſcripta uirorum.
Multa ſecus cernes, quã lex uult grãmaticorum.

Singulari numero carentia.

Diſtribuens numerus, cũ cardine,feſta,libriq́; ,
Cũ ludis urbs,multa carent numero iſta priore:
Dant quidam libri numerũ tantũmodo primũ.

Maſculina tantum pluralia.

Maſculei generis ſunt hæc pluralia tantum:
Annales,ſentes cancelli,liberi,amores,
Vepres, carceribus, Luceres, canis,lemures, do
Furfuribus geminis,natale cœlitibus,ceu,
Manes,& caſſes,ſuperi,loculi, atque penates,
Cuique prius foret as, maiores atque minores,
Primores,faſti,uel faſtus:adde Quirites,
Et pugillares,Seres, Careſque, ſaleſque,
Atque lares,piſces ſignum, ceu menſtrua mẽſes,
Atque fori,faces,proceres,ſic poſteri, & antes,

Mores, inferi, & ambo dabis, sic codicque, cillis:
Interdum numero potientur pauca priore.

Fœmmina tantùm pluralia.

Hæc muliebria sunt tantùm pluralia, grates,
Suppetiæ, cunæ, Charites, latebræ, phaleræque,
Antiæ, & ambages, Alpes, argutiæ, & ædes,
Præstigiæ, Exquiliæ, bigæ cum fratribus, Idus,
Et decimæ, inficiæ, nugæ, scalæq., foresq.,
Copiæ, & antennæ, Gades, diræ atque Calendæ,
Feriæ, & exequiæ, gingiuæ, litteræ, & antæ,
Et decretales, inimicitiæ quoque, & aræ,
Neniæ, & illecebræ, genæ, opes, nonæ, atq. tenebræ
Exuuiæ, induuiæ, paleæ, salebræ, scatebræq.,
Cum ualuis, tricæ, thermæ cum naribus, atque
Blanditijs & compedibus, cum sordibus; adde
Clitellæ, sordes, fortunæ, diuitiæq.,
Gratiæ, & insidiæ, sic cautes relliquæque.
Quisquiliæ, lactes, mappæq. minæq. plagæq.,
Nuptiæ & excubiæ, cum primis, primitijsq.:
Inferiæ, & scopæ, partes si factio fiat:
Cætera uix uersu contingit dicere: uerùm
Interdum numero potientur pauca priore.

Neutra tantùm pluralia.

Tantùm pluralis numeri sunt neutra iuga, arma,
Seria, cum rostris effata, crepundia, Bactra.
Exta cibaria, tesqua, Ceraunia, classica lustra,
Cum castris, flabris, cunabula, iusta, pudenda,
Trāstra, uerēda, bonis, & munia, doparaphernis,
Aulæis, lachanis, libis, comitia: Lector,

Addes cum spolijs præcordia: sunto secundæ
Hæc carchesia, uti uinacea, & ostia, serta.
Ostrea Grammatici, bellaria, pluraq, iungunt.
Ilia sit ternæ, ceu lumina, mænia, sicut
Pugillaria, uti sponsalia: milia iunge,
Et uetera, atque mapalia, sic magalia flecto:
Pluraq perfacilis melius quæ prosa recludet.
Interdum numero potientur pauca priore.

ABVNDANTIA.

Multiplex uno sensu dicatur abundans:
Tignus uel tignum sit testis, pisaq pisum,
Cum pene innumeris: quæ lectio multa docebit.

Quę composita diuersarum declinationum efficiunt.


Vs uel is, orta uolunt limus, cera, arma, bacillus,
Norma, iugum, cliuus, neruus, somnusque, animusque.
Pluraq., cum freno quæ glossa recludet abunde.

Nomina sub eadem nominatiui terminatione, & eodem genere, eademque significatione diuersarum declinationum.

Multa tibi flexum dāt quartum, siue secundum:
Vt domus, & laurs, ficus, colus, & penus adde;
Et lacus, & quercus, pinus cornus, monitusq.;
Vt quondam lectus ueteres ita plurima flectunt.
Est alijs uarius flexus pro teste sequester.

Cætera, ne longum faciam tibi glossa recludet.

DE COMPARATIONE.



Comparatiui formatio.

DOctior à docti est: ita formes cuncta secundæ.
Tollo sinisterior, melior, peior, minor, & plus,
Cum maior: Donant ficus & dicus, entior, aptè.
Fortior à forti est, facias ita cætera ternæ:
Iunior excipiunt, à nequam nequior exit.

Superlatiuorum formatio.

Er, rimus adijciet superanti: Dant timus exter,
Et citer, & dexter: quibus addes rite sinister:
Dic etiam extremus: Maturus dat rimus aptè,
Vel simus; huic iungunt satur: à uetus est rimus usquè.
In reliquis simus accipiet patrius positiui,
Atque datiuus in i, tamen s, simus usque præibit.
Excipe postremus, supremus, & optimus, atque
Pessimus, & minimus, cum maximus, intimus adens.
Plurimus, infimus adiunges: entissimus autem
A ficus, atque dicus, facito limus is dato: depta
Cum facilis, gracilis, agilis similisq., humilisq.,

Comparatio imperfecta.

Anterior superante caret, iuuenisq́. senesq́.,
Sicut adolescens, cui diues, pluraq́. iungunt:
Temperior solum est; ignorant hæc positiuum,
Vltimus, ulterior, prior, & primus: propriorq́.,
Proximus: ocyor, atque ocyssimus adijciantur.
Vs, si uocalis præeat, raro gradus exit
More prius dicto: Tenuis non additur apte.

DE PRAETERITIS, ET SVPINIS VERBORVM.



Regulæ Generales.

COmpositum, simplexque modo flectuntur eodem;
Excipies quædam, post clarè notificanda.
A, quoties mutatur in i, per e, pono supina;
Demittur hinc do, go, sapio, salio, statuoq́..
Quum geminat simplex, cōposito tolle priorem:
Quam retinet do, sto natum, ceu discere posco:
Plurima sic olim, ceu nunc præcurro, repungo.
Si sit à præsenti, non desinet esse supino.
Præteritis quæcunq. carent, spoliabo supinis.

Prima coniugatio.

PRæteritis aui facit as, atumq́. supinis;
Excipe do dedit atque datum; stetit atque

ſtatum ſto,
Cuius compoſitum ſtitit, atq. ſtitum capit apte:
Domo, lauo laui, lotum, lautum, atq. lauatum:
Poto magis potum: iuui, iutumq. iuuare:
Præbet ui per itum cubo, cum ſono, ſiue crepare,
Et domo, ſiue tono, ueto cum plico: Nexo, xui, xũ
Præbet ui per ctum frico, cum ſeco, iunge necare
Nulla ſupina creat mico dans micui. Datur aui
Nonnullis; aui tantum dat ſupplico, ſicut
Omne plico uerbum, quod dat cum nomine iunctum.

Secunda coniugatio.

PRæteritum per ui facit es: per itumq. ſupinum:
Dat doceo doctum: teneo tentum: pateoq.
Paſſum ſic miſtum dat miſceo: torreo toſtum:
Cenſeo dat cenſum: careo caſſum caritumq.
Polleo præterito caret: & uix uideo donat:
Quod dat ui neutrum, timeoq. carento ſupinis:
Tolle ualet, noceo, placeo, doleo, taceoq.,
Paret, olet careo, pateo, lateo, calet, & li:
Dant di, ſum, prandet, uidet, & ſedet: At geminabit.
S, ſeſſum: ſtridet, ſtridi facit, abſq. ſupino:
Di, ſum, præterito geminato mordeo donat,
Vt pendet, ſpondet, tondet. Donat ueo ui, tum:
Dic fautum, cautũ: Veo neutra carento ſupinis.
Dant quoq. ui, tum, flet, plet, delet, net, ciet, adde
Cum uiet, ortum oleo, Sed uult adoleuit adultũ

Do simplex oleo per ui mage:nata per eui.
Dant,si,sum,suadet,ridet manet, hæret,& ardet
Et terget mulcet,mulget: iubeo geminans, ss.
Indulget,si tum,cum torquet, sæpius optat:
Sorbeo psi,ptum dat, uel normam rite reseruat:
Dans a per i,maneo minui facit absq. supino,
Sic urget,si,uult, cum fulget turget, & alget:
Xi,&um dant mulcet,mulget,luget,uelut auget.
Xi,friget,lucet, conniuet:absque supino.

Tertia coniugatio.

Vult xi,&umq.cio.Facit & iacit ecit,&actũ Cio.
Elicio per ui dat itum, fratres mage xi,
ctum.
Dic fodi,fossum gemino ss. Fugi, fugitumq. Dio.Gio.
Iui,itumq cupit: sapit ui,uel ui dat itumq. Pio
Dic capio cepi captum:Rapio rapui ptum.
Dat pario peperi partũ, aut paritum: Quatioq. Rio Tio
Dat quassi quassum: Cussi cussum dabo proli.
Vult uo semper, ui, dans utum: Vult struo xi ctũ Vo
Datq. fluo xi, xum:Pluo ui uel ui dat & utum:
Vultq ruo ruitum:dat utum proles tibi solum:
Nulla supina dabunt metuo,luo,congruo,sicut
Annuo,cũ socijs cluo, respuo,& ingruo,iunctis.
Bi,bo,bitũq facit. Scabo,lambo,carento supinis:
Vt cubo,sic proles Dant scribo, nuboque psi, Bo.
ptum.
In ui,tum,muta sco:Pasco dat tibi pastum:
Agnosco,cognosco dabis per itum: Nihil autem Sco

Glisco dabit, uelut inceptiua: Poposcit habeto
Poscere: Vult disco didici: Compescit ui disc
Hæc per itum flectam: Conquexi tolle supinum.
Co N, mota ci, ctum, vinco dat: Dicoq́. xi, ctum,
Vt duco: Parco, si, sumq́., pepercit, itumq́.:
Do. Icere, ci, ctum vult. In, di, sum, do bene uertes:
Tolle cado cecidi casum: Pandi cape passum:
Edi, sum vel stum: Dat pedo pepedit, itumq́.:
Cædo cecîdit habet, sic pendo pepēdit, & in sum
Fiet vtrunque: quibus par tendo est, dans quoq. tentum:
Quod do cōponit didit, atq; ditum dabit vsque:
Dic tamen abscondi, quod, itum, poscit mage quam, sum:
Sido præteritum nescit: rudo, strido supinum:
Tundo facit tutudi, tunsum, compostaq́. tusum:
Scindo, scidi, scissum: dat findo, fidi, quoq. fissum:
Et fundo, fudi, fusum: Si, sum, dato ludo,
Diuido cum vado, rado, ceu lædere, trudo,
Et rodo plaudo, claudo, & cedo geminans ss.
Go. Go vel guo, xi, ctumq́. facit: Tamen ista supinis
Guo. N, tollunt, pingo, stringo, cum fingere, ringo:
Tango facit tetigi, tactum: Dat ago, egit & actū:
Vult frango fregi fractum: pegi, pepigiq́.,
Et panxi, pactum pango: Capiet lego, gi, ctum:
At, xi, ctumq́. dabunt intelligo, negligo, dili:
Dat pungo pupugi, punxi, punctum uenit inde:
Dant, si, sum, spargo, mergo, tergoq́.: Locabis
Per xi, xum, figo, frigoq́.: carento supinis

Cum

Cum dego, satago, sugo, ceu lingit, & angit :
Vergo tenet neutrũ, velut ambigit. Ho. dato, xi, Ho
ctum.
Meio facit minxi, minctum; ne dicito mingo . Io
Lo dat vi: colo, consulo, & occulo dãtur in ultum Lo.
Altum alo, siue alitum: molitum molo: celloque
celsum.
Cællo facit ceculi, culsum : pepuli dato pulsum :
Velli, vel vulsi dat vulsum: fallo fefelli,
Falsum : sublatum dat tollo sustulit atq; :
Sallo facit salli, salsum: psallo dato psalli :
Nulla supina dabũt psallo, volo, iungito prolem.
Mo per vi dat itum: Tremo ponitur absq; supino: Mo.
Dant psi, ptum, demo, promo, cũ sumere como.
Vult emit emi emptum: geminans ss, dat premo,
ssi, ssum.
Ponere cum gigno, per vi, per itumq; locabo : No.
Dico cano cecini cantum: per vi fit & entum,
Proles: Dat temno psi, ptũ: Vi vertimus in tum,
Præteritis siui, spreui, straui, quoq; creui :
Lini, vel liui, leuive, lituq. supinum est.
Po, psi, ptumq; facit: Rupi, ruptum, dabo rumpo. Po.
Donat vi per itum strepo cum crepo: dat coquo, Quo.
xi, ctum :
Vult linquo liqui; lictum natis dapis aptè.
Ro, vi, tumque dabit: gessi gero vult quoque ge- Ro.
stum :
Vro, ussi, ac vstum: verro ri, si dato uersum :
Curro, cucurrit habet, cursum: dat vi sero natum

Atq; ertũ; dat & euit,itum, sub duplice sensu.
So. So vi,tumq́ facit: Si, sumq. facesso, capesso,
Cum viso:Pinso dat pinsuit,indeq. pistum.
To. Xi,xum dant plecto, cum flecto nectere,pecto;
Hæcq. xui,duo dant:Iui,peto donat,& itum:
Mitto facit misi,missum, ss,geminando supino:
Sque meto geminans ssuit, & ssum: uertoque uerti,
Et versum:Sterto dat stertuit,absque supino:
Neutrum sisto nihil dabit; actiuum stitit edæt,
Deinde statum format,nobis est Gellius auctor
Vo. Dat viuo, xi,ctum:Soluo vi format & utum,
Vt voluo: Calui caluo facit absque supino.
Xo. Nexo,xui,xum vult:Texo,xuit, indeq. textum.

Quarta coniugatio.

IVi quarta facit;ui,semper vertitur in tum:
Singultit vult singultum: Sepelire sepultum.
Veneo dat vænum:Veni ventum uenio vult:
Pone amicit per vi per ctum: Dat uincio xi,ctũ:
Sancio iungatur,quod & iui, format, & itum:
Haurit si,stum,dat:psi,ptum,dat sepio: saltum
Et salui salio;proles formatur in ultum:
Dat psi,psum,cambit: legi hæc quãdoq.per iui:
Sentio,si,sum,uult,ut raucio:Fulcio,si, tum,
Et farsit,farsit:Per ui mutatur & ertum,
A pario natum: ri comperit & reperit uult:
A io præterito caret, & meditantia uerba;
Parturio,esurio,cum nupturio uolo tolli.

DEPONENTIVM PRAETERITA, Et supina.

EX,or,finitis actiuam fingito uocem,
Vt potior potio,formabitur inde supinum.
Nil formant uescor,liquor,medeor,reminiscor:
Non seruant normam tutus,tuitus,ratus, aptus,
Et fassus,fructus,fruitusq́., profectus,& ultus,
Atq. sequutus,& experrectus, iunge loquutus,
Nisus uel nixus gressus,uelut orsus,& usus,
Oblitus,questus,commentus,iunge misertus,
Et fessus,mensus,lapsus,nactus,quoq. pactus
Mortuus, ac ortus; sed donat iturus utrunque.

DE VERBIS DEFECTIVIS, ET ANOMALIS.

QVæ contra normam flectes, anormia sunto,
Vt fero,sum,fio,uolo,eo queo,fultis,edo,sis,
Ausim,quæso,forem,faxo,cedo.Pluraque multo
Defectiua etiam,sic ambest, inquio, & inquam,
Infit,aue,salue,capsis,apage quibus euge
Des,& ait,sodes,ouat:omnia prosa recludet.
Dor,furo,for,der,fer,vix unquam suscipit usus.
Dic,duc,fac,fer, ais, sice non sic dicitur aptè.
Syncopa diminuit de ui formata frequenter.
Ni dissyllaba sint: Tamen inuenies bene nosti,
Et sciiti,flasti flesti; sic plura notabis.
Præteritum signant & præsens, præteritiua
Sub uoce hæc,odi,cæpi,noui,meminique,

Et pepigi, memini, tote, atq; memento reponit.
Sunt neutro pasſiua ſolet, fit, fidit, & audet,
Mœreo, cum gaudet; pasſiuum præteritum dāt:
Aſt vtrunq; uolunt titubo, placeo, pateoq́;
Sueſco, caret, iuro, prandet, nubit, miſeretq́;
Cœno, piget, tædet, pudet, & licet, addito poto,
Et libet, & mereor, pro quo mereo quoq; legi.
Pasſiuè ſignant ſub o, vapulo, væneo, fio,
Exulo, cum nubo, liceo quibus addimus aptè.

DE VERBORVM FORMIS.

PRæcipuas verbi forma cognoſce quaternas.

De frequentatiuis ſeu iteratiuis.

Sic iteratiuum formes, ito fiat ab atum:
V, per o, mutabunt bene cætera verba ſupini.
Si fuit or, manet or. Sunt cūcta frequentia primæ
Prætereunt legem nato, quærito, fundito, ſcitor,
Siſcitor, atq; agito, ſector, loquitor, pauitoq́;
Perſcrutando libros doctorum, plura notabis.


De inceptiuis, ſeu inchoatiuis.

Præſentis primiq́. modi, coniunge ſecundæ
Perſonæ, ſi uis verba inceptiua creare.
Sic ferues, ferueſco facit: Sed tollitur hiſco.

De meditatiuis, quæ, & deſideratiua dicuntur.

In meditatiuis quod in u, fit, iunge ſupino,
V, ſemper breuians, rio: ſic dabit eſurit, eſu.

ARS VERSIFICATORIA.



HEXAMETRVM CARMEN, eiusq; compositio.

HExametrum senis carmen pedibus fit; & usquæ.
Dactilius est quintus sextam sibi uult regionem
Spondæus reliquisque locis sit uterlibet horum.

Pedes nothi, siue illegitimi in hexametro.

Hæc te legitimè docui: nam sæpe poëtæ
Ipsa minus seruant: tu quanta licentia cautus,
Est permissa, uide, ne quando turpiter erres.
Nanque rei grauitas quinta in regione locauit
Spondæum: ueluti, Magnũ Iouis incrementum.
Datque pedes alios Maro: Tu puer elige legem.

Vltima uersus anceps.

Vltima cuiusque est communis syllaba uersus.
Ne credas esse in sexta regione trochæum.

Pentemimeris, cum alijs cæsuris.

Per pentemimerim breuis est producta licenter.

Pentametrum carmen.

Pentametrũ uult quinque pedes, pes tertius esto
Semper spõdeus: quartus, quintusq. anapæstus:
In reliquis spondeus erit, uel dactilus, ut uis.

Asclepiadæum carmen.

Vult Asclepiadis uersus spondæon habere
Principio: binos hinc rite capit choriambos:
Pirrhius sequitur, quo non uelocior alter.

Sapphicum carmen.

Quinque pedes Sapphus carmen capit, esse trochæus.
Vult primus, quartusque & quintus: tertius autē
Dactylus: ipse locum sumes spondæe secundum.
Hoc carmē, post treis uersus sibi iungit Adonis
Metrum: quod sic fit; spōdæum dactylus anteit.

Phaleucium carmen.

Quū facies carmen, quod cōposuisse Phaleucus
Dicitur, in prima spondæus erit regione;
Dactylus inde datur: triplicem cui iunge trochæum.

Ellipsis & Sinalæpha.

M necat ellipsis: ceu uocalem synalœpha:
Dictio dum sequitur, quæ à uocali incipiatur.

Vocalis non absumpta, sed correpta tantum.

Non perimens, longam rarò breuiare poëta
Consueuit, ueluti: Sunt insulæ ore canendæ.

Vocalis ante uocalem immutata.

Id mirare magis: uocalem nil uariatam
Interdum cernes: uelut, Ionio immenso.

O, ET HEV.

Heu, ô, non perimes: at, ô, interdum breuiabis.

Vocalis ante uocalem in eadem dictione absumpta.

Vocalem perimunt plerunque in nomine eodē:

Sic Maro docte refers: Aluearia uimine texta.

Synæresis nulli uitanda.

Omnibus ista licent, huic, cui, dij, dijs, quoq. dehinc, dein,

Proin, deest, semianimis, prout, deorsum præhendere, seorsum,

Sic ij, sic ijsdem: Quædam diuisa leguntur.

Diæresis.

Scandere si bene uis, tu nosce diæresin aptè.

Ex una per quam duplex fit syllaba semper;

Sic sylüæ uates lyricus trisyllabon effert.

I, uocalis ubi malè putatur esse consonans.

Nominibus Græcis nō consonat, I, uel Hebræis:

Quapropter dices, Iacobus, Iambus, Iaspix:

Profer Iulus, Iaspis, Ioannes, & Iesse,

Suaueq. ab indoctis laniatum nomen, IESVS.

Quantitatis Syllabariæ regularum generalium,

Prima de Positione.

Dum postponuntur uocali consona bina;

Aut duplex, lōga est positu: Quod si duo subsint

Finali, raro positu producitur illa.

Regula secunda de Liquescentia.

Cum muta liquidam scribens in syllaba eadem,

Ancipitem ponas uocalem, quæ breuis esset:

Hanc tamen in prosa semper breuiare iubemus;

Sunt l, & r, liquidæ: queis raro iungimus n, m.

Regula Tertia, de Diphthongis.

Diphthongū produc in Græcis, atque Latinis:

In Græcis semper, uerùm subeunte Latina

Vocali, breuio, ueluti, præit, atque præustus.

Regula Quarta, de Vocali ante uocalem.

Vocalis breuis ante aliam manet usque Latinis.

Quinque exceptiones.

Ni capit, r, fio, produc: & nomina quintæ
E, seruent longum, si præsit i, ceu speciei.
Anceps ius erit patrio: dic semper alius:
Alterius breuio tantum: commune sit ohe:
Caius & Cai produc, conformia iunge.

De Vocali ante uocalem in Græcis.

Hic Græci uariant, nec certa lege tenentur.

Regula Quinta, de Deriuatiuis.

Deriuata patris seruabit dictio normam:
Consona si patris maneat: docet istud aratrum:
Multa tamen tolles pòst declarata, uel antè.

Regula Sexta, de Compositione.

Simplicis obseruat mensuram compositiuum,
Quamuis diphthongus uel uocalis uarietur:
Hanc legem spernunt, dicus à dico innubus, atq.
Pronubus, ambitus, nihilum, cum semisopitus,
Pejerat à iuro, cum deierat, agnitus, & cog:
Connubium uaries ab itum comitia dicas.

SE, ET DI.

Se, produc, & di præter dirimo, atque disertus.

RE.

Est re, breue: at refert à res producere debes:
Reijcit. & reiecit: nam quæ iacio tibi format,
I, prius interdum tollunt, ut corripiantur.
Addit uel demit metri grauitate poëta.

PRO.

Est pro,breue in Græcis:pro,lōgum ritè Latinis.

Pro correptum.

Corripias pronepos, profugat, profugit,proficiscor,
Et procio peto significans: cui iunge procello,
Atque profana,professa, profunda profesta,profari:
Propino uario,procuro,iungo profundo:
Sic bene docte locas propello,propago, Lucreti.

I, & O, in compositis.

Pars si componens fini prior, i,uel o,donat,
Sit breue:cunctĭpotens, & Thimŏtheus manifestant.
Quòd si non semper manet i,producito semper.

Exceptio.

A quotus atq. dies, rectè uariato: at ibĭdem
Et tibĭcen erit longum, cui iungis vbĭque,
Protrahit Ausonius matricĭdam grauitate:
Lagŏpus, gæŏlophus,atque Theŏphilia produc:
Cum Lĕucŏpetra; Geŏmetra iungitur aptè:
Quod medius facit atque dies, producito semper.

Regula Septima, de Præteritis dissyllabis.

Præteritiua tenent primam dyssyllaba longam:
Tolle bĭbit,scĭdit,&fĭdit,ac tŭlit,ortaque do,sto.

Regula Octaua.de Geminatis præteritis.

Corripiunt binas geminantia, ceu cĕcĭderunt.
Tolle cĕcīderunt à cædo: à pedo, pĕpēdi.

Regula Nona, de Supino dissyllabo.

Cuncta supina tenent primam dissyllaba longam
Præter nata sero, cieo, lino, sto, sino, sisto,
Do, ruo, cum queo, eo, reor: At stăturus ātū dat.

Regula Decima.

Præ, tum, vocalem de, vi, reliquis dabo longam.

Regula Vndecima, de Verborum crementis.

A, IN CREMENTIS.

A, crescens produc: nisi cremento, Dare, primo.

E in crementis.

Ni subit, r, produc, e, semper: quum subit r, do
Cum socio ternæ breue præsens: protrahe rĕris.
Semper, e, corripitur præ ram, rim, ro, bĕris adde;
In reliquis produc: quamuis steterunt Maro dicat.

I, O, & V, in crementis uerborum.

I, produc primo cremento, dummodò quartæ
Est uerbum. debet semper producier iui.
Corripe præteritis ĭmus undiq. uenĭmus edit:
In subiunctiuo rĭmus, rĭtisq. licenter
Inuenies: nolîto, uelîto, uelîmus, & îtis,
Et sîmus, sîtis, produc. Erit u breue; non o.

Crementum secundæ declinationis.

Quæ sequitur primam, tantùm producit, Iberi.

Tertiæ crementum, & A O.

Dic ātis, onis ab o, fer: ĭnis breue: protrahis ēnis
On, si uertis in o, mensus sit qui fuit ante.

C

Dices halēcis, nec spernes Melchisedēcis.

D

Dauid Dauīdis dices: Bogŭdis Bogud optat.

L

Masculeum dat ālis: neutrum formatur ab ălis.
E-lis cum sōlis produc: reliquis breuiatis.

N

On, nimis incertū est. En ĭnis dat. Cætera produc.

R

Aris produco neutris: Nectar, iubar aufer:
Protrahe nar nāris, fūris, uēris, Ricimēris.
Byzer, Ser & Iber; in ter, Græcū, æthĕre dempto.
O-ris ab or, produc. Cum neutris corripe Græca,
Arbŏris, & memŏris breuies, indictaque cuncta.

AS.

A-tis, ab as, produc: Ab anas anătis breuiato:
Cætera corripies, nisi uasis: dico uădis uas.

ES.

Es, breuiat: nisi cū locuples, mercesq́, quiesque,
Sic hæres: Græcum iungo, quod præbuit ētis.

IS.

Is, breuiat. Tollo glis, glīris. Quodq. datītis,
Et Psophis, Crenis, Nesis: Græcum quod in n fit.

OS.

Protrahit os. tria corripiunt bos, cōpos & impos.

VS.

Vs, breuiat. Tollas præ, dis, ris, tis, quod habebit
V: Præter pecūdis, Ligūrisq., intercutis addo:
At melius meliōris habet: conformia iunge.

BS, PS, MS.

Cōsona cum præit, s, patrij penultima curta est:
Hinc cyclops, seps, gryps, conops, cercops remoueto,
Atque Europs, hydrops. Fuge cyclōpis atque Dolōpis.

X.

Præ, gis uocalem breuio: Producito lex, rex.
Ex, icis abbreuiat, Vibex nisi: Cætera produc:
Præter abax, similax, atrax cū dropāce, candax,
Fax, & Athax, Pharnaxque, panaxque, storaxque, colaxque,
Pix, & onyx, illix, histrix, cum mastīche, varix,
Coxendix, & eryx, fornixq.. calixq., cilixq.,
Dic filicem, salicem, laticem, natricemque, niuemque,
Cappadōcē: celōcē, cū præcōce: Iungitur istis
Dux, trux, nux, crux, atque uolux: Variabo Syphacem
Et Bebricem: rarò nomen producimus istud.

De primis regulæ generales.

A solum trahit l, quodq. & dissyllaba mamnas.
E, dissyllaba, d, simul, l, tardant, sed & n, s,
T que uel u, conso: Cætera corripiunt.
M, uel r, in dissyl: Cætera corripiunt.

I,tardant d,uel l,n, s, ceu consonitans u,
O,bogomoso,dissyllaba d,modo tardant.
V,rapiunt b,l,p, polyssyllaba t, neq. solum u.

De medijs.

A,tardant g,uel u,medi js:sed cætera curtant.
E,c,d,tardant l, m,n,t,uel u,mihi sola.
I,nisi sit super u,uel q, poscit breuiari.
O,medio tardant s,t:sed cætera curtant,
V, curtant b,uel f,l, p,ceu consonitans u,
Dum subsunt medijs: cætera longa dabis.
Excipienda suæ ponuntur in ordine normæ:
Nunc satis est primam significasse uiam.

DE VLTIMIS.

A terminale.

A, declinatum breuia,sed protrahe sextum,
Et quintum,cuius rectus producitur,& mna.
Producunt nostri quædam muliebria Græca
In recto,ut tegeā: sine teste nihil uolo tale.
Nō declinatum produc, itā,cum quiā, demptis,
Et putā,non uerbo: Gintā melius loco longum,
Postea,& ultra leges cum,contra, curta licenter.
Eiā breue est flacco.

E, in ultimis.

E breuia:Primæ produc, & nomina quintæ
Cum natis:addes pluralia cuncta: Secundæ
Iunge docē & socias: Monosyllaba longa repono:
Inclinatiuas præter:Malē cum benē dempto,
Omnia produces aduerbia, siqua secunda
Præstiterit:summique gradus aduerbia quæuis.

Sunt fermè,atq. ferè,producta,quibus dabis ohè.

I, Finale.

I,longum pono : uocitantem contraho ternæ :
Sæpeq. Græcorum ternum,Minoidi testis:
Sed nisi,siue quasi,mihi,ibi,sibi,ubi uariabis,
Et tibi, iunge cui: tantum breue molyυ locatur.

O, In fine.

O,commune datur:produc monosyllaba, iungēs
Cum terno sextum: atq. aduerbia nomine nata:
At uariabo cito,cum sedulo,mutuo,crebro,
Seroq.: fit curtum modò solùm : sed breuiari
Ergò pro causa non uult : produco quaterno
In casu nomen,fit cuius in sus genitiuus.
O, patrij produc:uariaque gerundia uerba.

V, & B.

V semper produc.B contrahe: Barbara deme.

C.

C,produc:Præter nèc, donèc:Sed uariabis
Hic,bene pronomen, fac,uerbum iungimus isti.

D, & T.

D, breue ponatur,ceu t: nisi syncopa fiat.

L.

L, breue fit:Cum sōl, sāl,nīl,tolluntur Hebræa.
Pol cōmune uolunt: Tanaquil producere malūt.

N.

N produc:Demas an,in,& prolem,tamen, atque
Forsitan,&forsan,uidén',huic conformia iunges
Quod dat inis curtum est:uelut on, quod tertia
nescit.

Corripitur quartus, quãdo breuis ultima recti (est.

R.

R,breuies:Produc cuius dat patrius ēris:
Addito ibēr aër,æthēr.Sit Celtiber anceps,
Vt cor,non longum meliùs: Producito tantùm
Cur,fār,lār,fūr,nār,pār:uix prolem breuiabo.

AS.

As produc:Sed,ădis, quæ dant patrio,breuiãtur
Et ternæ quarto: uates bonus Heliăs inquit.

ES.

Ponitur,ēs,longum: pluralia corripe Græca,
Quæ crescũt,uelut,ĕs,de sũ:penĕs,inquiĕs adde
Cum neutris,& si patrio est penultima curta
Ternæ:Tolle Cerēs,ariēs,pariēs,abiēs,pēs.

IS.

Ivs,breuio:uerũ plurales potraho casus:
I-sque,quod in patrio mutatur in itis, & inis,
Aut entis:Thetis uario:Glīs, Vīs quoque nomẽ,
Cum uerbo,longum est:ueluti persona secunda.
Protrahit is: quoties itis plurale reponit.

OS.

O-s,produc:patrius breuis est, & compŏs,& impŏs:
Osq; ossis præbens, rectos breuiato secundæ.
O-s,recti produc,quoties tibi patruus,o,dat.

VS.

Vvs correpta datur: Monosyllaba,cũ genitiuis
Ternæ uel quartæ produc, numerique secundi
In quarta primũ,quartum,quintumq; & in uris,

Dumq. utis patrius, vel in udis, & untis, odiusve
Aut quintus fit in u longus tum rectùs habetur:
Ergo produces uenerabile nomen IESVS.

De decem uitijs in carmine uitandis.

Barbara nulla inerit uox, aut incongrua metro.
Nulla redundabit: nulla integritate carebit.
Nil transponetur. Nil confundet male sensum.
Nec rapies longam: nec produces breuiandam.
Nec post uocalem, nec post m, uersu in eodem,
Partibus à uarijs uocalis ritè sequetur,
Syllaba ni pereat præcedens, ut modò dixi.
Nec sucussantes. Nec pones molle crepantes.
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones nisi summos quosque imitandos.

DE FIGVRIS.



FIGVRAE DEFINITIO.

ARte nouata aliqua dicendi forma, figura est.
Sunt eius species, Metaplasmus, Schema, Tropusq.:
Quas, manifestatis, uitijs, referabimus ample.

De Vitijs.

Barba-

Barbarus est quisquis scribendo, siue loquendo Barbarism
Verbum corrumpit:peregrinũ est barbara lexis.
Esto Soloecismus uitiosa oratio quæuis. Solæcismu

Obscuræ ignobilisque orationis species.

Impropriè sumptum uerbum dicatur Acyron. Acyrologi
Omne superuacuum Pleonasmos ritè uocatur. pleonasmu
Esto Perissologus tibi sermo superfluus omnis. Perissolog
Amphibolon dubius Roman is sermo feretur. Amphibologia.
Tautologos uerbis uarijs rem signat eandem. Tautologi
Macrologus sermo nimium prolixus habetur. Macrologi
Eclipsis uerbum; Reticentia uerba subaudit. Eclipsis, et Aposiopesi
Est Aenigma grauis nimiũm tibi sermo solutu. Aenigma

Inordinatæ species.

Magna Tapinosis tenui sermone recludit. Tapinosis
Aeschrologos nobis obscœna oratio fertur. æschrologi
Est Caco rite phaton quidquid sonat haud bene nobis. Cacophatõ
Esto Cacozelon praua affectatio nobis. Cacozelia.
Haud bene compositum Cacosyntheton esto Latinis. Cacosyntheton.

De Metaplasmo.

Dictio transformata poetæ fit Metaplasmus. Metaplas
Adijce principio quicquam, sic Prosthesin edes. Prosthesi
Adijce quid medio:sic fiet epenthesis apte. Epenthesi
Adijce quid fini. pulchram facies Paragogen. Paragoge
Aufert quid capiti uates ut Aphæresin edat. Aphæresi.
E medio quicquam tollas ita Syncopa fiet. Syncopa.
Est Apo nempe cope quidquam de fine recĩdes. Apocope.
Ectasis extendit tibi iure,puer breuiandam. Ectasis.

Bole.. Producenda foret, quam Systola corripit ipsa.
æresis: Syllaba per binas diuisa, Diæresis esto.
næresis. Syllaba de binis est facta Synæresis una.
llipsis, & nalæpha. M necat Ellipsis: seu uocalem Synalœpha.
ntithesis. Antithesis fiet tibi, littera si uarietur.
etathesis. Est Meta nempe thesis, si transponas elementum.
arallage. Prepositura quidem mutata, Parallaga fiet.

De Schemate.

hema. Schemata dant spæcies tibi Lexeos, & Dianœas.
rolepsis. Per parteis referat totū, aut post facta Prolepsis.
eugma. Verbo uno plureis sensus per Zeugma recludo.
ypozeux Iungit Hypozeuxsis sua rebus uerba quibusque.
yllepsis. Verbo uno uaria est Syllepsis clausula nexa.
synthetō. Copula supprimitur, quò fiat Asyntheton aptè.
olysinthe- ton. Copula multiplicata facit Polysyntheton usque
nadiplosis. Est Anadiplôsis uerbi repetitio summi.
Anaphora. Principium fit idem nonunquam uersibus aptè.
panalepsis Principio & fini reperitur uersus eodem.
pizeuxis. Dictio format Epizeuxim cum ui geminata.
aranoma a. In simili uerbo ludit quandoque poëta.
chesis ono maton. Mobile cuique suum fixo connectitur aptè.
aromæon Principijs eadem est Paromœon littera multis.
omæoteleu ton. Verborum similis sit finis Homœoteleuton.
Iomæopto- ton. Casus Homœoptoton erit similis tibi multus.
olyptoton Bella Polyptoton uarij sit clausula casus.
Hyrmos. Sermonis series prœlonga uocabitur Hyrmos.
Clymax. E uerbo in uerbum Climax it pulchra figura.

De Tropis.

Vertit ad improprium Tropus omnia significa-

tum.

Propter rem similem pro uerbis uerba repones. *Metapho*
Esto Catachresis bona uocis abusio nobis. *Catachre*
At Metalepsis erit transumptio facta gradatim. *Metaleps*
Dico Metonymiam, Bacchum bibo, uina coronant. *Metonym*
Appellatiuum proprij uice sæpe locatur. *Antonom sia.*
Exornat carmen fixo bene mobile quadrans. *Epitheto*
Pro naui puppis contrâue, Synecdoche habetur: *Synecdoc*
Sæpe sonus causam fingendi nomina præstat. *Onomato pœia.*
Rem circũloquimur, fit quãdo Periphrasis apta. *Periphra*
Valde turbatus uocum fit Hyperbaton ordo. *Hyperba*
Hysteron proteron pôst ponas si, antè locanda. *Hysterõ teron.*
Ordo inuersus erit tibi Anastropha præpositurę. *Anastrop*
Interiecta, Parenthesis est, sententia quæuis. *Parentes*
Synchesis est prorsum uocum, aut confusio sẽsus *Synchesis*
Quoquam interposito per Tmesim uerbula scindo. *Thmesis*
Excessus fidei manifestus, Hyperbola fertur. *Hiperbo*
Dic allegoriam, sensu si uerba repugnent. *Allegori*

Allegoriæ septem species, è multis.

Illudens sermo recte Ironia feretur: *Ironia.*
Antiphrasis uerbum sit per contraria dictum: *Antiphra sis.*
Allegor

Aenigma supra declaratum est.

At Charientismos tibi molliet aspera dictu: *Carienti smos.*
Sermo procul notus festiua Parœmia fertur: *Parœm*
Hosticus irrisus nobis sarcasmos habetur: *Sarcasm*

Asteismos. Simplicitas Asteïsmos erit, si rustica desit:
Homœosis. Nota parū demonstrat Homœosis mage notis.
Icon. Est Icon quoties formæ bene confero formam.
Parobola. Iure disertus erit, quisquam rem cōparat aptè.
Paradigma Exemplum facti uel dicti fit Paradigma.

Miscellanea reliquarum figurarum declaratio.

Descriptio. Multa figurarum descriptio nomina sumit;
Certamen, Naumachia pugna naualis.
Epimone. Inuenies uersum repetitum sæpe decenter.
Anthipophora. Respondere solent scriptores obijciendis.
Appositio. Apponens coniunge pari casu duo fixa.
Esto res eadem: declaratumque præito.
Enocatio. Si ternam primæ des: totum sit tibi prîmæ:
Siq; secundæ des ternam, totum esto secundæ:
Pauper ego canto: Luca uir maximus audi.
Conceptio. Implicitam uocites generum syllepsin; uterque
Est probus, At debent mas, & fœmella notari.
Prolepsis. In partes totum partitur ritè prolepsis,
Cum uerbo positū: Tacitam quandoq. uidebis.
Zeugma. Vnius est uerbi ad diuersa reductio zeugma,
Aut adiectiui: Nihil hic nisi carmina desunt.
Iratus rex est, reginaque non sine causa.
Antiptosis. Antiptosis erit, pro casu ponito casum.
Synthesis. Synthesis haud uocem, sed cernit significatum:
Parasiopesis. Rem magis inspiciunt quam uocem sæpe poëtæ.
Rem nimis ut notam ferimus nos sæpe tacere.
Prosopopæia. Fingere personam res est percrebra poëtæ.
Epanodos. Laudatur uerbi repetitio facta decenter.